


BM
520
4Az

icht

bro
ecti



Class *Oriental Inst.* Book

University of Chicago Library

BERLIN COLLECTION

GIVEN BY

MARTIN A. RYERSON

H. H. KOHLSAAT

BYRON L. SMITH

CHAS. L. HUTCHINSON

C. R. CRANE

H. A. RUST

CYRUS H. MCCORMICK

A. A. SPRAGUE

C. J. SINGER

Ch. Inst. (Haskell)

MAR 6 1911

DISPUTATIO

DE

REPERTORIUM

LIBRO RECTI,

23011

Buch der Redlichen

ad. Ios. X, 13. & 2. Sam. I, 18.

271M

PRÆSIDE

D. IO. GEORG. ABICHT, P.P.

IN AUDITORIO THEOLOGICO

D. XXI JAN. ANNO MDCCXIV.

H.C.

PLACIDE ΣΤΗΜΟΛΟΓΟΙΝΤΩΝ

ΓΕΝΣΥΡÆ

SUBJICIT

A.ETR.

IOH. ZACHARIAS HILLIGER,

GREMN. MTSN

SS. THEOL. STUD.

LEIPZIG

LEIBERTS ANDR. MAJE-SCHIEDL

BM 52

J442

c.1

Rare

167

778

1183-1110

76

Disputatio

BERLIN COLLECTION

Class

Book

University of Chicago Library

BERLIN COLLECTION

GIVEN BY

MARTIN A. RYERSON

H. H. KOHLSAAT

BYRON L. SMITH

CHAS. L. HUTCHINSON

C. R. CRANE

H. A. RUST

CYRUS H. McCORMICK

A. A. SPRAGUE

C. J. SINGER

MAR 6 1911

DISPUTATIO
DE

LIBRO RECTI,

^{Bom}
Buch der Redlichen /

ad Jos. X, 13. & 2. Sam. I, 18.

^{QVAM}
PRÆSIDE

D. IO. GEORG. ABICHT, P.P.

IN AUDITORIO THEOLOGICO
D. XIII. JAN. ANNO MDCCXIV.

H.C.

PLACIDÆ ΣΥΜΦΙΛΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ
CENSURÆ

SUBJICIT

A. ET R.

IOH. ZACHARIAS HILLIGER,

CHEMN. MISN.
SS. THEOL. STUD.

LIPSIÆ,

LITERIS ANDR. MART. SCHEDII.

Bm 50
J4 22
c. 1
Rare

76

BM 520
J4A2
Rare.

REVERENDISSIMI
SUPREMI. SENATUS. ECCLESIASTICI. ELECTORALIS
SAXONICI

PERILLUSTRI. ATQVE. EXCELLENTISSIMO
DOMINO

PRÆSIDI

HEROI. SUMMIS. IN. ECCLESIAM. ATQVE. REMPUBLICAM. MERITIS. INCLUTO

DOMINO. MEO. GRATIOSISSIMO

EJUSDEM

DOMINIS

ASSESSORIBUS

ET

CONSILIARIIS

GRAVISSIMIS. ET. SPLENDIDISSIMIS
THEOLOGIS. ET. JURECONSULTIS

DE

SIONE. LUTHERANO. ET. REPUBLICA

MERITISSIMIS

DOMINIS. PATRONIS. PROMOTORIBUS

AC. EVERGETIS. MEIS

OPTIMIS. MAXIMIS

HANC. PHILOLOGICAM. EXERCITATIONEM

QVALEM. QVALEM

IN. DEBITÆ. GRATITUDINIS. MONUMENTUM

ULTERIOREM. STUDIORUM. SUORUM. COMMENDATIONEM

DEVOTA. MENTE

D. D. D.

A. ET. R.

JOHANNES. ZACHARIAS. HILLIGER.



כְּסֵפֶה
CONSPECTUS.

- §. I. **P**roemium.
- §. II. **L**ibrum recti esse enarrationem de aliquo recto & justo. v. ro.
- III. Librum Recti 2. Sam. I. esse carmen lugubre in obitum Saulis compositum.
- IV. Idem asseritur de Libro Recti in Libro Josua allegato.
- V. Hebraeos olim demortuorum Heroum & Regum laudes celebrasse & conscripsisse probatur.
- VI. Idem aliis gentibus, imprimis Aegyptiis receptum fuisse.
- VII. Fragmenta utriusque Libri Rectorum esse poetica, ubi quadam de poesi Hebraeorum.
- VIII. Rythmos conquistos esse in libris Rectorum negatur.
- IX. Sententia Scipionis Sgambati, qui Librum Recti allegari negat, refutatur.
- X. Librum anonymum, quem quidam Judaei pro Libro Recti habent, esse supposititium, ostenditur.
- XI. Neque carmen in eo adductum esse verum Josua יְהוֹשֻׁעַ .
- XII. Talmudistarum de Libro Recti sententia.
- XIII. Graecorum, imprimis Theodoretus de Libro Recti sententia.
- XIV. Hieroaymi.
- XV. Massi & Richardi Simonii.
- XVI. aliarum quorundam sententia examinantur.

§. I.



S Tupendum sane stantis Solis & Lunæ miraculum nuperrime intimius consideravimus, & illud antiquissimo documento ipsis miraculi spectatoribus cœvo, inque vulgus tunc maxime noto, comprobatum, perspicue satis cognovimus. Postquam enim Scriptor facer e narrasset preces, pro Solis & Lunæ statione, a Josua ad DEum fufas, mox subjicit, Solem & Lunam stetisse, DEumque preces hominis exaudivisse. Hic additum legimus: *Nonne hoc scriptum est in Libro Recti*, h. e. ex linguæ latinæ stylo puriori, hoc miraculum notissimum celebratur in *Libro Recti*. Tot Theologorum & Philologorum variæ sententiæ de illo profant libro, quibus perlectis & inquisitis, animus titubat dubiusque hæret, nescius, quam approbare, quamve reprobare debeat: quivis fere in tanta rei obscuritate mentis suæ sequitur visa, quæ vel autoritas aliorum, vel propria meditatio suggererunt. Operæ itaque pretium duximus, fundamenta, ex quibus de hoc libro iudicium ferri queat æquum, in hac Disputatione proponere, atque ex iisdem verisimillimam sententiam colligere & adstruere. Quo facto, aliorum quoque Eruditorum sententias in medium proferemus, & quæ in iis desiderari possint, exponemus; inprimis Masii & Richardi Simonii Annales examinabimus, visuri, utrum *Liber Recti* illorum pars esse potuerit, an minus. Ex quibus tandem nostri miraculi veritas, canonisque sacri integritas constabit clarissime.

§. II.

Ad fundamenta, ex quibus de *Libro Recti* iudicium est ferendum, primo referimus nomen, quod Hebræis ספר הישר

יִשָּׁר *septher haijaschar* appellatur, & Latinis *librum istius recti* sonat. Quamvis enim vulgo nomine *Libri recti* tantum solet appellari; attamen הַמְדִּימוֹנִי Demonstrativum, quod ex Grammatica constat, penitus negligendum esse, minime putamus, utut à pluribus factum sit. Quemadmodum vero סֵפֶר הַבְּרִית *septher habberith* Exod. XXIV, 7. significat *Librum istius fœderis*, quod DEUS cum populo Israelitico sanciverat, ita ut הַמְדִּימוֹנִי cum Emphasi quadam effèratur: sic & *Liber istius recti* ejusmodi denotabit librum, qui certi cujusdam celebris & justi viri res gestas celebrat & prædicat. In eo differt à *Libro bellorum Domini*, ubi non legimus הַמְלַחְמָה *Hammilchamoth* illorum bellorum, sed tantum *milchamoth* bellorum, Num. XXI, 15. Dicitur autem סֵפֶר *septher*, quod interpreteris *libellus, liber, epistola*: observandum quippe est, *septher* non tantum significare grande nomen, quale est סֵפֶר הַתּוֹרָה *septher hatthora*, *Liber Legis*, & quale in Libris Regum, & Chronicorum sæpe allegatur, sed etiam epistola unius folii *septher* identidem appellatur. Hinc toties à LXX. Senibus βιβλίον *liber*, γράματα *literæ*, γραφή *scriptura*, μνημόσυον *monumentum*, ἐπιστολή *epistola* redditur, uti ex Concordant. Græc. Kircheri luculenter patescit. Sic supra Exod. XXIV, 7. *Septher habberith, Liber fœderis*, est libellus, qui leges, à DEO in monte Sinai acceptas, complectebatur, quas Moses ibidem v. 3. conscripserat, & libro postea ipsi inseruerat, quæ, uti videtur, leguntur Cap. XIX, 21. seqq. & Cap. XX, 1. seqq. usque ad v. 17. Eodem sensu sumitur Deut. XXIV, 1. ubi *libellus repudii*, 2. Sam. XI, 14. ubi Epistola Davidis ad Joabum missa, & Jer. XXXII, 11. ubi *libellus emtionis, septher* appellatur. Nec etymologia sententiæ nostræ adversatur; *Septher* enim a Radice סָפַר *Saphar, enarravit*, originem trahit, ut libellus hac ratione Hebræis denotet narrationem alicujus rei literis mandatam. Altera vox יִשָּׁר *Jaschar*, significat *rectus, gratus* & à LXX. Senibus vertitur variis in locis δίκαιος *justus*, ἀληθινός, *verax*, εὐθύς *rectus*, ὁρθός *rectus*, prout *Concordantiæ Kircheri* testantur. Dicitur sæpius de hominum actionibus: uti Exod. XV,

26. Si **הישר** *rectum in oculis ejus (Domini) feceris* : & Deut. XII, 28. *ed quod facias bonum ויהישר & rectum in oculis Domini DEI tui.* Dicitur porro de personis, & quidem tam de DEO, Deut. XXXII, 4. *Justus וישר & rectus est ille*; quam de hominibus: sic Achifus ad Davidem dicit, 1. Sam. XXIX, 6. *Vivit Dominus, כִּי־יִשָׁר quod rectus tu & bonus in oculis meis.* Sic canit Vates sanctus David, Psalm. XXXIII, 1.

*Exultate justi in Domino,
Rectis incumbit pulchra laus.*

Sic generatio **ישרים** rectorum dicitur benedicenda, Pf. CXII, 2. tentorium **ישרים** rectorum florens, Prov. XIV, 11. Doctissimus Coccejus in *Opp. Posth. ad cap. VIII. Jobi p. m. 132.* observat, quod **ישר** *αρετων συνειδητων* & ipsam virtutem notet, quatenus recta inter extrema via ad DEUM contendit, & cum ejus lege, quæ est norma omnis boni, accurate convenit. Inprimis autem præter jam adductas significaciones observandum, quod demortui pariter hoc titulo sint honorati, Num. XXIII, 10. dixit Bileamus: *Moriatur anima mea morte ישרים rectorum, & sit novissimum meum, sicut ipsorum.* Ex consideratione itaque hujus Etymologiæ id ipsum perspicue intelligimus, *sepher hajjaschar*, denotare narrationem, de aliquo viro integro, justo, & veraci, uti *liber bellorum Domini* significat enarrationem de bellis Domini, & *Sepher hamikna*, enarrationem de emtionie Jer. XXXII, v. 11. 12. 14. 16.

§. III.

Secundum fundamentum, ex quo iudicium de *Libro Recti* pronunciamus, sunt circumstantiæ, quas 2. Sam. I. & Josuæ X. legimus, quibus in locis solummodo *sepher hajjaschar* occurrit. Videamus, quas Libri Samuelis Autor nobis offerat circumstantias. Nuntiatur ibi Davidi, Saulem & Jonathanem in prælio cum Philistæis commisso, superatos & mortuos esse; quo audito David threnos summo cum animi mœrore canere cœpit. Versiculo enim 17. hujus Cap. legimus:

mus: *Et lamentatus est David, lamentationem hanc super Saulem & Jonathanem filium ejus, & dixit (eam), ut excitaret filios Judæ ad discendum arcum, h. e. cantavit illam lamentationem sæpius, ut excitaret filios Judæ ad tractandum arcum.* Vocem **וַיִּאמֶר** & dixit, hoc in loco de canticorum recitatione usurpari, tum ex verborum contextu concludimus, tum aliis locis parallelis confirmamus. Extat Exod. XV, 1. *Tunc cantavit Moses, & filii Israel canticum hoc Domino, וַיִּאמְרוּ לַיהוָה & dicendo, dicebant, vel latine his verbis dicebant: adde 2. Sam. III, 33. & 2. Par xxxv, 25. Eodem sensu & h. l. verba cohærent concinne, dum ita vertimus: *Lamentatus est David, lamentum hoc super Saulem & Jonathanem & recitavit illud, ut excitaret Judæos ad tractandum arcum.* Si modo **וַיִּאמֶר** illud recte explicetur, omnis cadit difficultas, quæ interpretes hæcenus exercuit. Davidem enim non semel tantum aut bis, sed sæpius Saulem & Jonathanem esse lamentatum, exinde constat, quod Israelitæ demortuos suos sæpius lamentati sint, id quod apparet ex luctu Moſis, quem Israelitæ 30. dies, lamentati sunt, Deut. xxxiv, 8. ut & ex 2. Paralipp. xxxv, 24. 25. ubi dicitur, *lamentata super Josiam abiisse in statutum.* Sic & David suam lamentationem sæpius iteravit, eum in finem, ut excitaret Judæos ad tractandum arcum. Huic narrationi subjicit Scriptor sacer, idem Davidis lamentum esse scriptum in enarratione vel panegyrico *istius Recti*, h. e. additum esse Threnis, quibus Israelitæ ex more recepto & antiquissimo Saulem Regem suum sunt lamentati. Verba ipsa hæc sunt: *Ecce illud (lamentum) scriptum est in libro istius Recti.* Deinde sequitur ipsum Davidis lamentum, vel carmen lugubre, a v. 19. ad 27. incl. quod in hac versione **עַרְוֵנוּס** secundum accentus scribemus, quo olim Hebræorum more conscriptum est:*

19. *O decus Israelis, super montibus tuis confossum es,
Quomodo ceciderunt heroes.*
20. *Ne indicetis in Gad, neque annuncietis in plateis Askelon,
Ne letentur civitates Palestinorum, neque exultent civitates incircumcisorum.*

21. *O montes in Gilboa, neque ros, neque pluvia sit super vobis, neque super agris oblationum. Nam ibi projectus est clypeus heroum, clypeus Saulis, non (amplius) in unctus oleo.*
22. *A sanguine confosserum, ab adipe fortium, arcus Jonathanis, nunquam aberravit. Et gladius Saulis, nunquam reversus est incassum.*
23. *Saul & Jonathan, amabiles & chari in vita sua, neque in morte separati sunt. Aquilis leviores fuerunt, leonibus fortiores.*
24. *Civitates Israelis, super Saulem flete; Qui vos vestiebat coccino cum hilaritate, qui inducebat ornamenta aurea vestimentis vestris.*
25. *Quomodo ceciderunt herges in praelio, O Jonathan, super montibus tuis confossum es,*
26. *Angustis afficior propter te, o frater mi Jonathan, dulcissimus mihi fuisti. Sanctior mihi fuit amor tuus, amore mulierum.*
27. *Quomodo ceciderunt heroes, & perierunt arma bellica?*
- Davidem hac lamentatione populum Judaicum ad arcum tractandum excitasse, nullum est dubium. In ea enim ostendit partim damnum Israelitis illatum, nullo medio nisi diligenti arcus peritia refarciendum; partim collaudat digne heroes arcus peritissimos, quorum mors inopinata & immatura arcus & belli peritia erat ulciscenda. His positis non opus est, ut cum aliis *Librum Recti* in laudem Saulis conscriptum, in aliis libris sacris quaeramus, vel cum quibusdam pro canonico amisso habeamus. Est enim extra omnem dubii controversiam positum, *Librum Recti* continuisse carmina lugubria, in obitum Saulis composita, patetque facile ratio, cur carmina illa, *sepher hajjaschar*, panegyricus istius Recti vel narratio de isto Recto nuncuperetur, Hebraei enim demortuos rectos & justos appellarunt, quos nos beatos nominamus. Hinc Scriptor sacer Saulem, cujus obitus fecerat mentionem, respexit,

spexit, eumque *Jafchar* integrum & justum appellavit, probe gnarus, quod de mortuis nil nisi bene. Meruerat hoc animi magnitudo, quæ in bello pro Israelitarum salute, vitam mortis periculo exposuerat.

§. IV.

Sed quid de Josuæ loco nunc erit dicendum, fortasse ibidem *sepber hajafchar* pro carmine lugubri non poterit haberi? Nos neutiquam de eo dubitamus, nec forte dubitabunt alii, si rationes recte perpenderit sequentes: Multi sunt eruditi, qui librum Josuæ, non ab ipso Josua, sed ab alio vel Propheta, vel sacerdote, & quidem post ipsius mortem fuisse scriptum, existimant, cujus sententiæ rationes proferunt haud contemnendas, quas conspiciere licet in Disputat. de Scriptore Libri Josuæ prolixè. Quid, si diceremus, in obitum Josuæ, ex more Israelitis recepto, quem paulo inferius sufficientibus suffulciemus testimoniis, vel prophetam quendam, vel summum Sacerdotem carmen composuisse lugubre, inque Josuæ fortissimi; herois laudes excurrisse. Josuam ex more patrio sepultum esse, legimus Jos. XXIV, 32. Nonne vero in ejusmodi carmine admirandum stantis Solis & Lunæ miraculum fuisset memorandum, res sane memorabilis & cœlestis, æternaque memoria dignissima? Cum autem Scriptor Sacer atque *ἱερέως*, quicumque sit, vel Propheta vel Sacerdos, res a Josua præclare gestas enarrare, & in memoriam atque solatium totius Ecclesiæ describere constituisset, miraculum istud præcipuum sibi jure meritoque vendicavit locum. Et ne posterì, qui Solis stantis spectatores esse nequiverunt, illud vel oblivioni traderent, vel in dubium incertumque vocarent; provocavit merito ad documentum, eo tempore maxime vulgatum & Israelitarum manibus tritum, quale erat *liber istius Recti* Josuæ, vel lessus in ejus obitum compositus, ex quo, tanquam documento cœvo & noto, in posterorum gratiam ipsa adduxit verba, quibus notatu dignum stantis solis miraculum erat depictum. Si vero alii dixerint, ipsum Josuam historię

21. *O montes in Gilboa, nequa vos, neque pluvia sit super vobis,
neque super agris oblationum.
Nam ibi projectus est clypeus heroum, clypeus Saulis, non
(amplius) in unguis oleo.*
22. *A sanguine confossum, ab adipe fontium, arcus Jonathanis,
nunquam aberravit.
Et gladius Saulis, nunquam reversus est, in cassum.*
23. *Saul & Jonathan, amabiles, & chari in vita sua, neque in
morte separati sunt.
Aquilis leviores fuerunt, leonibus fortiores.*
24. *Civitates Israelis, super Saulem fleje,
Qui vos vestrebra coarctavit, hilariate, que inducebat
ornamenta aurea, vestimenta vestris.*
25. *Quomodo ceciderunt herodes in prelio,
O Jonathan, super montes tuos confossum es.*
26. *Angustus afficitur propter te, o frater mihi Jonathan, dulcissimi
mibi fuisse.
Santior mihi fuit amor tuus, amore mulierum.*
27. *Quomodo ceciderunt herodes, & perierunt arma bellica?*
- DAVIDEM hac lamentatione populum Iudaicum ad arctum tra-
ctandum excitasse, nullum est dubium. In ea enim offen-
dit partem damnum Israelitis illatum, nullo modo nisi dili-
genti arcus peritiam refarciendum; partim collaudat, digne he-
roas arcus peritissimos, quorum mors inopinata & immatu-
ra arcus & belli peritiam erat illicienda. His positus non o-
pus est, ut cum aliis *Librum Regum*, in laudem Saulis conscri-
ptum, in aliis libris sacris queramus, vel cum quibusdam pro ca-
nonico amisso habeamus. Est enim extra omnem dubium con-
versiam positum, *Librum Regum* continuisse carmina lugubria
in obitum Saulis composita, paterque facile ratio, cur carmi-
na illa, *sephen haishar*, panegyricus istius Regi vel narra-
tio de isto Rego nuncupetur, Hebraei enim de mortuos re-
ctos & justos appellarunt, quos nos beatos nominamus. Hinc
Scriptor facit Saulem, cujus obitus fecerat mentionem, re-
spexit,

spexit, eumque *Jaschar* integrum & justum appellavit, probe gnarus, quod de mortuis nil nisi bene. Meruerat hoc animi magnitudo, quæ in bello pro Israelitarum salute, vitam mortis periculo exposuerat.

§. IV.

Sed quid de Josuæ loco nunc erit dicendum, fortasse ibidem *sepher hajaschar* pro carmine lugubri non poterit haberi? Nos neutiquam de eo dubitamus, nec forte dubitabunt alii, si rationes recte perpenderit sequentes: Multi sunt eruditi, qui librum Josuæ, non ab ipso Josua, sed ab alio vel Propheta, vel sacerdote, & quidem post ipsius mortem fuisse scriptum, existimant, cujus sententiæ rationes proferunt haud contemnendas, quas conspiciere licet in Disputat. de Scriptore Libri Josuæ prolixè. Quid, si diceremus, in obitum Josuæ, ex more Israelitis recepto, quem paulo inferius sufficientibus suffulciemus testimoniis; vel prophetam quendam, vel summum Sacerdotem carmen composuisse lugubre, inque Josuæ fortissimi, herois laudes excurrise. Josuam ex more patrio sepultum esse, legimus Jos. XXIV, 32. Nonne verò in ejusmodi carmine admirandum stantis Solis & Lunæ miraculum fuisset memorandum, res sane memorabilis & cœlestis, æternaque memoria dignissima? Cum autem Scriptor Sacer atque *ἱερόθεος*, quicumque sit, vel Propheta vel Sacerdos, res a Josua præclare gestas enarrare, & in memoriâ atque solatium totius Ecclesiæ describere constituisset, miraculum istud præcipuum sibi jure meritoque vendicavit locum. Et ne posterî, qui Solis stantis spectatores esse nequiverunt, illud vel oblivioni traderent, vel in dubium incertumque vocarent; provocavit merito ad documentum, eo tempore maxime vulgatum & Israelitarum manibus tritum, quale erat *liber istius Recti Josuæ*, vel lessus in ejus obitum compositus, ex quo, tanquam documento cœvo & noto, in posterorum gratiam ipsa adduxit verba, quibus notatu dignum stantis solis miraculum erat depictum. Si verò alii dixerint, ipsum Josuam historia

fuæ fuisse Scriptorem, quod & nobis multas ob rationes videtur probabilius, non deest ratio, quæ suadet; allegationem carminis in obitum Josuæ confecti, huic libro postea ab laia insertam esse manu. In Disputatione supra citata §. 19. proluxe est demonstratum, non solum Cap. XIX. versum 47. ab alio esse additum; sed ea etiam, quæ Josuæ mortem describunt, Cap. XXIV. v. 29. & seqq. primum non agnoscere autorem. A cujus autem manu illa complementa sunt profecta, ab eadem & nostram carminis allegationem derivari posse haud absque ratione asseritur. Carminis enim particula, quam dicimus insertam, etiamsi dematur, reliqua nihilominus optime cohærent: *Et expectavit Sol, & Luna constitit, donec gens se ulcisceretur de inimicis suis. Et non fuit dies, sicut dies ille, neque ante neque post eam, ut auscultasset Dominus, voci hominis, quia Dominus pugnavit pro Israelitis.* Carmen vero ibi esse allegatum, facile cognoscimus, codicem accuratius si inspicimus. Postquam enim primus Scriptor dixerat Cap. X. v. 13. *Et expectavit Sol, & Luna constitit, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis:* statim subjicitur: *Nomme hoc scriptum est in libro Haggaschar istius Recti?*
Et stabat Sol in cælo,
nec festinabat occidere circiter die integro.

§. V.

Tertium fundamentum, quo nostra tanquam firmo talo nititur sententia, est ritus Israelitis multisque aliis antiquis gentibus receptus. Pietas videlicet singularis erga demortuos non Israelitas solum, sed alias etiam gentes eo deduxit, ut Summorum Heroum, Regum & Principum obitum deslerint & carminibus celebrarint, quo de ritu plurima in profanis æque ac sacris Scriptoribus documenta deprehendimus. Jam supra vidimus, Davidem in Saulis & Jonathanis obitum poema ferale fecisse; sed hoc esse unicum, nullumque amplius in sacris literis inveniri Epicedium, minime concedimus. Abnerus quoque præmatura & violenta mor-

re. abreptus ab eodem Davide hoc ultimo est maclatus honore. *2. Sam. III. v. 33. 34.* refertur carmen ipsum in laudem Abneri dictum, ita sonans:

An morte stulti mortuus est Abner?

Manus tue non fuerunt ligatae,

nec pedes tui compedibus aeneis fuerunt admoti;

Sicut corruit quispiam coram impiis, corruisti.

Hæc verba a Davide apud sepulchrum esse dicta, antecedentia hujus Carminis monstrant dilucide, quando ibi v. 32. dicitur, Regem Davidem post lectum incedentem, vocem suam sustulisse, ac apud sepulchrum Abneri flevisse, & lamentatum esse. Talia carmina ad tumulum prolata Latinis epitaphia nominantur, uti videre est apud *Pitisc. in Epitaphium*. Post hæc additur, quod universus simul fleverit: populus, & audito Regis lamento adhuc largius lacrymaverit. Hoc vero epitaphium in libro conscriptum esse, testatur Josephus Lib. VII. Antiquitat. Jud. Cap. I. p. 215. *Θάψας δ' αὐτοῦ ἐν Χιβρώνι μεγαλυπρεπῶς καὶ ἐπιταφίως τὸ συγγραψάμην* Ⓞ, *θρήνους αὐτὸς ἐπὶ τῷ τάφῳ φασὶ πρώτῃ ἀνεκλάυσαστο, καὶ παρίδασθαι τοῖς ἄλλοις, ἢ ε.* *Sepelivit eum in Hebron magnifice, conscripsitque lugubres threnos, stans ipsemet super monumentum primus deploravit, ceterisque tradidit, quæ ritum Israelitis receptum innuunt, qui scriptum & recitatum ferale canticum iterarunt, ac præcipientem pro viribus sunt imitati. Eodem modo Jesaias Prophetæ Hiskiaë obitum quorundam ex sententia deploravit; verba huc spectantia Cap. LVII. v. 1. 2. leguntur:*

Iustus perit, & nemo est, qui advertat.

Et viri pii colliguntur; nemine intelligente.

Quod propter malum (venturum) colligatur iustus.

Ingreditur in pace, requiescit in cubili suo.

Quisvis; qui ambulavit coram eo.

Sed sunt certiora, quæ de Josia Rege 2. Paralipp. XXXV, 25. leguntur. Refertur ibi *Jeremiam Prophetam lamentatum esse Josiam Regem: omnesque cantores & cantatrices in lamentationibus suis de Josia dixisse, quæ etiam conscripta sunt in*

lamentationibus, uti infra audiemus. Nèc defunt eruditi, quos inter *Maldonatum* nomino, qui in Jeremiæ threnis lamentum invenisse putant, in obitum Josiæ exaratum. Et Autores Annotat. ad Anglicana Biblia in præfatione ad Thren. observant, ex quorundam opinione Jeremiam in obitum Josiæ lamentiones suas incepisse, & succedentibus temporibus continuasse. Verum magis placent, quæ Latini & Græci hisdem Threnis præmittunt, licet in Hebræis codicibus desint. Neutiquam tamen negamus, Thren. Cap. IV. v. 20. quædam legi verba, in quibus vel Josiæ vel Sedekiaë obitus videatur deplorari: v. g.

Spiritus narium nostrarum, unctus Domini captus est in retibus eorum,

de quo diximus, sub umbra ejus vivemus inter gentes.

Quamvis, eadem si verba accuratius inspiciamus, videantur esse *ἐμπαρισσώμενα*, quam ut de solo Judæorum Rege capto loquantur; hinc rectius quoque sentiunt illi, qui Spiritum S. longius, & quidem ad Christi mortem prospexisse, dicunt, utpote cui Soli hæc in pleno competunt sensu. Qua de methodo interpretandi plura docet *Samuel White Cantabrigiensis*. *Trinit. Collegii Collega in Comment. in Jesaiam, imprimis in Præfat.* Pari modo Propheta in Bethel planxit Prophetam rebellem a leone occisum, his verbis: *Heu frater mi*, i. Reg. XIII, 30. addè Jer. XXII, 18. Omnia hæc jam in medium prolata evidenter docere videntur, Israelitas olim ex more recepto demortuorum Heroùm, Regum atque Principum laudes carminibus scriptis celebrasse, quod etiam *B. Geierus* noster de Luctu Hebræorum Cap. VI. §. 19. prolixius affirmavit. Ejusmodi vero carmina lugubria ab Israelitis fuisse collecta, & in volumina redacta, cognoscimus clare ex 2. Paral. XXXV, 25. ubi legimus carmina lugubria a Jeremia aliisque cantatoribus & cantatricibus in obitum Regis Josiæ cantata, esse scripta *עַר הַקִּינָה* in threnis. Quæ verba sensu hoc simplici sumta nihil significant, nisi collectos esse istos threnos in Josiæ obitum compositos, & conscriptos ad diuturno-

turniorem Regis istius memoriam. Josephus Lib. X. Antiquit. Cap. VI. p. m. 335. eodem fere hæc verba sensu accepit, inquit: *Ἰερემίας δ' ὁ πρὸ Φήτης, ἐπικήδειον αὐτῆς συντάξι μύθος θρηνητικὸν, ὃ καὶ μέχρι νῦν διαμένει*: *Jeremias etiam epicedium ei (Josie) scripsit lugubri carmine, quod nunc quoque extare videmus*; & Threnos Jeremiæ videtur respexisse, qui nostram ætatem tulerunt.

§. VI.

De reliquarum gentium ritu, in laudibus demortuorum occupato, plura nobis Græcarum & Romanarum Antiquitatum collectores exhibuerunt. Doctissimus *Doughtieus Annal. Excurs. 86. p. m. 149.* ex Scaligeri Castigat. ad Festum observat, ab Israelitis, nec aliunde consimilem ritum ad Gentiles transiisse. Undeque esse existimat, lugubres illas nenas tam Græcis quam Latinis in funeribus usitatas, quibus defunctorum honoratorum præcipue laudes memorant. *Ῥοιδῶν θρηνητικῶν* h. e. *funebrium cantilenarum* meminit *Herodotus Lib. II. cap. 79.* *Nenia*, inquit Festus, *est cæcæ, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam.* Plura dabit *Kirchmannus de funeribus Romanorum*, collecta Lib. II. Cap. VI. p. m. 94. seqq. Sed prout alii ritus laudabiles tandem in abusum abierunt; sic idem pariter de carminibus observare licet funebribus. Quæ enim inter Israelitas olim à summis Regibus & Prophetis composita & recitata, supra vidimus, ea temporis lapsu ab ineptis quoque præcis sunt decantata; unde factum, ut carmina puerilia & incondita, in quibus multa frivola canebantur, neniæ sint appellatæ. Testatur hoc *Nonius*, dicens: *Nenia ineptum & inconditum cæcæ, quod adducto pretio mulier, quæ præcæ diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet.* *Cicero* tamen de *Legibus II. 24.* *Honoratorum virorum*, inquit, *laudes in concione memorant, easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequuntur, cui nomen Neniæ: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant.* Vid. *Pirisc. Lexic. Antiquitat.* sub voce *Nenia.* Verum regredimur ad Reges, quoque honore Ægyptii in pri-

mis, qui reliquas gentes vetustate antecellunt, rituumque Hebræorum maximi deprehenduntur æmulatores, suos Reges defunctos exceperint, videbimus. De quibus *Diodorus Siculus Lib. I. Biblioth. p. m. 65.* memoriæ prodidit sequentia: ὅσους γὰρ ἐκλείπει τις τὸν βίον τῶν βασιλέων, πάντες οἱ κατὰ τὴν αἰγυπτίον κοινὸν ἀνηρέητο πένθει, καὶ τὰς μὲν ἰδιώτας κατέρρηπτοντο, τὰ δ' ἱερὰ συνέλειον, καὶ τὰς θυσίας ἐπιέχον, καὶ τὰς εὐρτάς ἐκ ἤγον ἐφ' ἡμέρας ἰσοδομήκοντα καὶ δύο. καταπεπασμένοι δὲ τὰς κεφαλὰς πηλῷ, καὶ περιζωσμένοι σινδόνας ὑποκάτω τῶν μαζῶν, ὁμοίως ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν περιήσαν ἀθεοιδόντες κατὰ διακοσίους ἢ τριακοσίους, καὶ τὸν μὲν θρηνὸν ἐυρύθμως μετ' αἰδῆς ποιούμενοι δις τῆς ἡμέρας, ἐτίμων ἐπικωμοίς, ἀνακαλούμενοι τὴν ἀρετὴν τῆς τετελειωτικῆς, h. e. Nam post Regum cujuspiam è vita excessum omnes per Ægyptum, luctu communi suscepto, lacerare vestes, sacras edes claudere, sacrificia inhibere, nec festa celebrare per LXXII. dies solebant: capitibus autem luto conspersis, sindone infra mammās succincti, viri pariter atque fœminæ ad ducens, aut trecentos circumibant, bisque in die lugubri carmine defuncti laudes concinne modulantes, virtutem ejus quasi ab inferis revocabant. Idem Diodorus eodem libro p. m. 83. refert: *Liberum esse, & a lege potestatem habere quemvis demortuum accusare.* Si vero nullus accusator se obrulisset, deposito cognatos luctu ad mortui laudes processisse. De genere quidem nihil, ut Græcorum consuetudo habet, eos memorare, quia omnes æque nobiles in Ægypto esse censentur. Sed ut a puero educatus & institutus, & ad virilem ætatem progressus, pietatem in Deos, & justitiam, itemque continentiam, & alias virtutes coluerit, recensere, Deosque infernos, ut in contubernium piorum recipiatur, obtestantes rogare. Vide ibidem plura. Huc quoque spectant, quæ Herodot. Lib. II. LXXIX. p. m. 119. de cantilena Lino seu Manero narrat, quâ filium unicum præmatura morte decedentem Ægyptii honorarunt.

§. VII.

Accedit porro quartum fundamentum, quo *Librum Recti* esse carmen confirmare conamur. Id patere existi-

manus, verba si ipsa intentius inspiciamus, quæ in duobus supra ostensis libris Rectorum legimus. Difficillime quidem de Hebræorum antiquorum Poesi certum ac veritati congruum quid dici, multi sunt persuasi, maxime si quæstio de metris Hebræorum moveatur. Sed paucis, quantum fieri poterit, complectamur verbis, quæ in Carmine Hebraico nobis præcipue videantur consideranda. Primò in iis requiritur, ut brevibus constent membris, quod perpetuo tam in Canticis Davidis, quam threnis Jeremiæ, Moysisque cantico observamus. Hæc vero minora *tuquata* nobis conservasse videtur Auctor Accentuum, qui, si ejus accentus distinctivos majores attenderis, ejusmodi semper exhibet membra, sensumque in iis sistit tam locis parallelis, quam contextui & scopo convenientissimum; ut ideo nulli dubitemus, accentus exprimere antiquam Judæorum lectionem in Synagogis usitatam, qua Codex sacer distincte est prælectus. Sequimur hîc Magnif. nostrum *Læschærum de causis Linguae Hebrææ Lib. II. Cap. X. §. 6. p. 436.* ubi ita dicit: *Plerique, post perditum in hac questione oleum & operam, eo tandem deveniunt, ut præter stylum vivaciorem & magis vernantem accentuumque discrimen in Poesi sacra nihil singulare inveniant, unicum id observantes, quod singuli paragraphi in duo tuquata dividantur, quorum singulum tractum aliquem tonorum & melodiam finiat.* Nec dissentit Judæus Auctor *Cosfri Part. II. p. 133.* Sane constat mihi, inquit, *Cantiones vel carmina non requirere dimensionem quantitatis & numeri syllabarum ac pedum, sed posse tam breviores, quam longiores æqualiter cari, veluti*

לְעוֹשֵׂה נְפִלְאוֹת גְּדוֹלוֹת
& הָרַר לִיהוָה כִּי טוֹב ;

Psal. 136. v. 1. & 4. nempe juxta Muscam eorum, qui in ea respiciunt ad actiones. Nec hætenus nos pœnituit ejusdem sententiæ; consideratis enim omnibus, nihil invenimus, quod ad veritatem propius accedat. Secundo in carmine Hebrao antiquis temporibus fuit observatus rhythmus, non ille, qui

nostro ævo ὁμοιστέλευτα requirit; sed quem nobis Svidas & Beda descripserunt. Est rythmus, uti Beda ex aliorum scriptis colligit, metris consimilis, verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero syllabarum ad iudicium aurium examinata, ut sunt carmina vulgarium poetarum. Et quidem rythmus sine metro esse potest, metrum vero sine rythmo esse non potest. Rurfus Beda ex Lib. I. Marii Victorini cap. de Rythmo: Metrum est ratio cum modulatione: rythmus modulatio sine ratione. Plerumque tamen casu quodam inveniunt etiam rationem in rythmo, non artifici moderatione servatam, sed sono & ipsa modulatione ducente, quem vulgares poetae necesse est, faciant rustice, docti faciant docte. Svidas antiquorum rythmum ita descripsit Tom. III. p. 269. Est τὰξις ἑμμελῶς ἀκολούθῃ ἀρμονίας μέλῳ ἑυφάνων. Πᾶν ἢ μέτρῳ ῥυθμῶς. Deinde addit: Ille vero tibicinas barbaricum aliquem rythmum sibi canere jubet. Unde colligimus, rythmum esse melodiam, secundum quam carmina lecta vel cantata sunt, quibusdam syllabis tarde, aliis breviter pronunciatis, licet sua tales non sint natura. Duo itaque in carmine erunt observanda: 1) rythmus, vel ordo harmoniæ concinnus. 2) metrum i. e. rationes pedum. Sed in lingua Hebræa omnes syllabæ sunt æquales, quæ in nulla metra coeunt, quod Grammatici demonstrent clarissime: ideo in carminum recitatione tantum rythmus est observatus, qui quasdam syllabas tarde, alias breviter pronuntiat. Et hunc rythmum respexisse videntur Philo Judæus Opp. p. 178. Josephus Antiqu. Lib. 7. c. 12. Eusebius Præp. Evang. Lib. 2. c. 3. & Hieronymus in Epist. ad Paulinum, aliique, qui in Psalterio, Jobo, Threnis, græcorum metra reperiri dixerunt. Plura de Hebræorum metris docte differuit Martionay in Hieron. Opp. T. I. Prol. IV. §. 4. qui licet ad metra procedat, imagines tamen dactyli & spondæi tantum asseruit, quam convenientiam multa sæpius impediunt. Tertio in Carmine Hebraico invenimus stylum poeticum, qualem in aliis quoque Græcorum & Latinorum carminibus observamus. Hæc si ad nostra carmina lugubria refer-

referamus, statim apparet, adesse in illis minora *τιμήματα* & membra, quæ *σχίσματα* supra delineavimus, accentuum distinctiones secuti. Quales vero rythmi fuerint, secundum quos cantata vel recitata sint illa carmina, nos cum aliis ignorare ingenue profitemur; tanto quippe temporum decursu & rerum vicissitudinē musica hebraica perit, & uti videtur, non facile restituenda. Quare *in ventum laborabit* (ut loquitur *Cohoeleth V. 15.*) qui in his penitus perscrutandis operam ulterius impendet.

§. VIII.

Insedit contra quibusdam opinio, poetas sacros observasse *ὁμοιοτέλευτα* vel rythmos spurios, quales in occidentalium linguarum carminibus studiose conquiruntur. Theodorus Herbertus, *Libro peculiari de Poetica Hebraeorum*, & post illum clarissimus Clericus in *Biblioth. Univerf. Tom. IX. n. 8. p. 245.* & in *Commentariis suis* frequenter, nec non Biagio Garofalo in *Poesia degli Ebrei e dei Greci p. 21. segg.* ejusmodi rythmos in carminibus sacris data opera quærunt, & si se non offerant, restituendos esse, & emendandos codices asserunt. Ast vereor, ne concessa hac sententia, & inprimis illa emendandi licentia infinitæ circa rythmos orituræ sint lites; eo, quod pauca Hebraica vocabula, quæ uti notum, sua natura ad rythmos sunt maxime prona, in diversos facile rythmos abeunt. Experientia ipsa hoc comprobavit, carmina enim, quæ Clar. Clericus ad rythmos reduxit, non placuerunt Garofalo, qui rursus alios excogitavit. Videamus jam Canticum Deborahæ, quod Clar. Clericus in *Comment. ad Judic. V. p. m. 92.* ad hos coegit rythmos:

Schimnu	mlachim
Haafinu	rosenim
Anochi	lajova
Anochi	aschira
Asammer	lajovà
Elohe	Jisrael

* * *

Rejctis vero his rythmis alios excogitavit, adductus Garofalo Italus l. c. p. m. 28.

Schimgnù.

Mlachim

Haasinu

Rosenim

Anochi

La Fovà

Anochi

Aschirà

Asammer lajova

Elobe

Fisrael

Facillimum esset eadem verba ad alios reducere rythmos, si operæ pretium faceremus. Cui enim licentia voces transponendi & mutandi conceditur, is in lingua rythmorum feraci, facillime diversos producit rythmos, prout *σίζης* vel longiores vel breviores reddere voluerit. Nolumus addere, quæ in his rythmis displicent; redibimus potius, unde digressi eramus, ad carmina nostra lugubria, in quibus nulla *ὁμοιοτέλευτα* studio conquistata reperimus. Casu natos ex parte agnoscimus rythmos, sed non studio conquistatos, sed casu factos. In carmine quidem Davidis in Saulis obitum composito sese offerunt rariores, sed tales etiam in aliis libris profaicis offendimus. In Carmine in libro Josuæ allegato, & duobus *σίζοις* absoluto, invenitur rythmus, sed nullo modo purus, quod quivis, qui accuratius istum inspiciet, observabit:

Vajaamòd haschschemesch, bachazi haschschemájim,

Vlò àz labòb, Cjom thamim.

im enim cum gravi & *ájim* penacutum haud consonare aurium mensura vel maxime monstrat. Miramur itaque summo opere Clar. Clericum, qui etiam h. l. *ὁμοιοτέλευτα* invenisse putat: *Omittendum non est, inquit, quod in aliis antiquissimis*

simis poetæ verbis jam animadvertimus, hic quoque duos esse versus ὁμοιοτελεστῆς. Hæc vero nobis tam antiqua non videntur, ut ea in antiquissimis hebraicis carminibus quæramus. Casaubonus *de Poemat. cantu* primos rythmōs Neronis demum temporibus quærendos esse dicit, cui adstipulatur Salomon van Till in *Dicht- Sing- und Spiel- Kunst* p. 49. Psalmi pariter Alphabeticæ, qui a librariis procul omni dubio nobis integri sunt conservati, quod literarum ordo docet, nullos exhibent rythmōs, sed minora τμήματα. Neque LXX. fenes, neque Chaldæus, qui istis temporibus codicem sacrum interpretati sunt, quibus Hebræorum Musica florebat, quicquam exhibent, quod constantes Hebræorum rythmōs indicaret, sed plane de iis tacent; nec Talmudici vel ulli alii Rabbini certi quid de istis proferunt. In Alcorano ὁμοιοτελεστα legimus; verum censente Scaligero *in Animadv. ad Euseb. Chron.* p. 7. non intenta, sed a Criticis, cola & cæsa, qui designarunt, conquisita. Veremur, ne simile quid codici Hebræo contingat. Judæi proinde multi ægre ferunt sæpius, quod Carmina Hebraica hodie scribantur rythmice; audiamus, quæ in *Cofri Part. II. p. m. 135.* de rythmis dicunt, *Hoc est ex erroribus & peccatis nostris. Non sufficit scilicet nobis relinquere gradum & dignitatem istam rerum vel realem; sed insuper corrumpimus qualitatem linguæ nostræ, quæ cum data sit ad nos conjungendos, nos eam convertimus in materiam discordiæ:* Rursus p. 136. *Quod ad usum Carminum illorum certa pedum & syllabarum dimensione constantium attinet, idem nobis circa illa accidit, quod olim Patribus nostris, de quibus dictum est: & commiscuerunt se cum gentibus & didicerunt opera eorum,* Pl. 106. v. 35. h. e. ea non habemus a Majoribus & Patribus nostris, sed Gentilibus Græcis, Arabibus &c. & ad illorum imitacionem ea facimus. Inclinat ad eandem sententiam Abarbenel, inquiens: *Rythmica & metrica hodie usitata carmina, non esse usurpata in libris sacris, sed assumpta ab Arabibus; his tamen esse præstantiora hebræa.* Vid. Buxtorfi *Mant.* p. 408. seqq.

§. IX.

Ex his tandem parere existimamus, libros recti esse e-
 picedia in libris conscripta, ad quæ scriptores sacri, tanquam
 ad documenta rebus gestis coæva, provocarunt. Sed nobis
 obstat sententia Scipion. Sgambati, qui in *Archiv. V. T. Tit.*
XV. p. m. 265. nullum his in locis librum allegari existimat:
Dici quidem posset, inquit, nullum hic citari librum, sed esse
circumlocutionem, ac phrasin talem, ac si diceret: Nonne hoc
scriptum est vere? Nam illa verba Hebraica הלא היא כתיבה
על ספר הישר facile sic verti possent: Nonne hæc historia scri-
pta est juxta narrationem rectam? quod esset omnes salebras
saltu evadere. Sed longe diversum sensum alii ex ea phrasi
 hauriunt, qui eam accuratius inspiciunt. Deuter. XVII.
 18. futuris Israelitarum Regibus præscribitur, ut legem sibi
 describant in libro quodam in præsentia sacerdotum & Le-
 vitarum, ubi eadem phrasis occurrit: וכתב לו את משנת &
 התורה הזאת על ספר; & describat sibi exemplar legis hu-
 jus super libro. quæ inepte verteres: & describat sibi exem-
 plar legis hujus juxta narrationem. Scribere super libro,
 Latinis est, scribere in libro. Quare & illa Josuæ verten-
 da sunt: *Ecce hoc scriptum est in libro recti.* Ratio, cur הלא
 in neutro vertatur hoc, redditur a Glassio L. III. Tr. 1. Can.
 XIX. p. m. 603. quem vide. Uti itaque 1. Reg. XIV. v. 19.
 liber allegatur his verbis: *Ecce ista scripta sunt super libro*
rerum dierum h. e. Annalium; sic h. l. peculiarem quoque
 librum allegatum esse, persuasi sumus. Omne dubium tol-
 litur, si 2. Sam. I. 18. inspiciamus: ibi enim sacer scriptor
 dixit: *Ecce hæc scripta est super libro recti*, ubi voce הלא hæc
 respexit, ad antecedentem lamentationem קינורו ut sensus
 sit: Lamentatus est David lamentationem hanc super Sau-
 lem & Jonathanem; eamque recitavit, ut excitaret Judæ-
 os ad tractandum arcum; ecce illa (lamentatio) scripta est
 in libro recti. Cui statim ipsum lamentum subjicitur, ex
 libro recti desumptum.

§. X.

Si Judæorum sententias de libro Recti inquiramus, primum sibi locum vendicant, qui librum Recti nostram ætatem tulisse tradunt. Varii libri a Judæis circumferuntur, quibus titulus *liber Recti* est præfixus. Talis est ספר הישר *Liber Recti*, quem scripsit R. *Schabbatai Carmuz Levita*, cujus argumentum est morale de rebus, ad animæ directionem spectantibus, agens. Est conscriptus anno Mundi 5154. Chr. 1394. extatque Mst. in Biblioth. Vatic. papyr. in 4. referente *Bartol. Bibliothec. M. Rabb. Part. IV. p.m.365.* Alius ספר הישר *Liber Recti* scriptus est à R. *Tham*, qui ex Salomonis Jarchi filia fuit nepos. Hic est liber legalis, tractatque de juribus Judaicis, octodecim capitibus constans, excusus Italiae anno. 304. h. e. Chr. 1544. & Cracoviæ anno 346. Chr. 1586. teste eodem *Bartol. l.c. p. 447. & Part. III. p. 868.* Sed hi duo libri sunt recentiores, neque huc spectant, neque a Judæis pro nostro libro Recti venditantur. Tertius autem ejusdem nominis liber est anonymus, qui a Judæis quibusdam pro nostro libro Recti habetur. Explicat ille historias contentas in Pentateucho, libro Josuæ & Judicum, multaque addit ad modum paraphrasium curiosa quidem, sed plerumque fabulosa. Prima vice Neapoli prodiisse refertur, deinde Venetiis apud Petrum Aloysium, & Laurentium Bragadinum Anno ה'שפ"ה 5385. Chr. 1625. in 4to. Vid. *Bartoloccius. Part. III. B. R. p. m. 935.* R. *Sabbathai in Siphte Jeshbenim fol. 31. a.* refert, quod idem liber sit excusus Cracoviæ anno ה'שפ"ה 5385. h. e. Chr. 1625. & Pragæ anno ה'תכ"ח 428. h. e. Chr. 1668. in 4to. Porro in Germanicam translatus est linguam a R. Jacobo, qui eundem ה'שפ"ה הישר appellavit, excusus Francofurti ad Mœnum anno ה'תקל"ד 434. h. e. Chr. 1674. Et quo certius de eò constet, adducere libet ea, quæ editor ejus primu; præfationis loco præmisit, & ex editione Pragenfi latine versa hujus sunt tenoris: "Notum est, & per-
"venit ad manus nostras hodie, quod, cum vastaretur Hi-
"erofolyma urbs Sancta per Titum, ingressi sunt omnes
duces

"duces Hierosolymam magnam & amplam ad prædandum.
 "Inter quos etiam fuit dux quidam ex ducibus Tiri, nomine
 "Sidrus, qui ingressus quæsit, & invenit domum in urbe
 "illa magnam & amplam, quam spoliavit. Cum vero vel-
 "let exire, adspexit parietem, & vidit, quod quædam es-
 "sent abscondita in pariete. Quare diruit parietem & ædi-
 "ficium, & invenit conclave repletum libris plurimis, Pen-
 "tateucho, Prophetis & Hagiographis, ut & libris de Re-
 "gibus Israel, & Regibus gentium: Invenit etiam libros
 "alios plurimos ad Israelitas spectantes, nec non descripta
 "Legis exemplaria correctâ, ut & thesauros multos addu-
 "ctos istuc; invenit quoque varias ciborum species & vi-
 "num multum. Ibi quoque invenit quendam senem seden-
 "tem, & legentem in libris. Videns vero dux hunc adspe-
 "ctum egregium, admiratus est maxime, dixitque, cur hoc
 "loco sedes, nemoque super te constitutus est. Respondit se-
 "nex, quod ante multos annos cognoverit, destructionem
 "Hierosolymæ, quodque ideo exstruxerit sibi hoc conclave
 "& exedram, atque illos libros secum attulerit, ut eos lege-
 "ret; se enim cogitasse, fortasse se erepturum animam suam.
 "Exhibuit itaque DEus huic seni hanc misericordiam in o-
 "culis ducis, ut eduxerit eum cum gloria, cum omnibus li-
 "bris ejus, qui profectus est cum eo ex urbe in urbem, do-
 "nec pervenerunt Seville, vidit enim Dux, quod senex
 "ille sapiens & prudens & doctus esset in omnibus discipli-
 "nis, quare honorifice eum habuit, & aluit eum in domo sua
 "perpetuo, & informatus est ab eo in omni sapientia. Por-
 "ro ambo ædificaverunt domum magnam muro circumdatam
 "Seville, in quam deduxerunt omnes illos libros, quæ do-
 "mus adhuc est in urbe Seville. In illis libris scripta sunt o-
 "mnia, quæ futura sunt in regnis mundi usque ad adventum
 "Messiæ nostri. Cum vero in exilium ejeti essemus, acci-
 "dit, ut liber hic, qui Toledo Adam vocatur; in nostras
 "manus venerit, cum aliis pluribus libris, qui ex ista domo
 "Seville exportati, & in urbem nostram Neapolin, quæ sub

Rege Hispaniæ est, transportati sunt. Et cum cognosce-
 remus, quod libri isti omni sapientia pleni, decrevimus e-
 os stylo ferreo exprimere, uti & alios, qui ad manus no-
 stras pervenerunt, inter quos liber iste est præstantissimus.
 Præterea pervenerant ad manus nostras alia XII. exempla-
 ria ejusdem libri, quæ contulimus, & cognovimus, quod
 conveniant, nihilque discriminis inter ea intercedat, ne-
 que in vocibus, neque in literis, neque in sensu. Et quo-
 niam egregium usum in illo libro cognovimus, decrevimus
 illum typis subjicere. Scriptum inventum est, hunc librum
 appellari librum Recti, qui idè sic appellatus est, quod
 omnes res ordine sint conscriptæ, prout olim factæ sunt,
 secundum antecedentia & consequentia. Non invenies
 in illo libro res præcedentes postpositas, aut consequen-
 tes præpositas, sed omnia enarrantur loco & tempore suo.
 Hinc invenies dici aliquem mortuum esse hoc vel isto an-
 no &c. Et propterea vocarunt illum librum Recti, quam-
 vis vulgo etiam sit appellatus ספר תולדות אדם li-
 ber generationis Adami, a primis istius libri vocibus, Ex his
 editoris verbis, cognoscimus, librum illum historicum pro
 genuino libro Recti venditari. Si quæras, quæ in eo de
 statione Solis & Davidis epicedio legantur: respondemus,
 historiam tantum usque ad Judicum ætatem pertexi, initio
 ab Adamo factò, adeoque nihil de Davidis carmine, in obi-
 tum Saulis exarato, in eo reperiri; stationem vero Solis Jo-
 suæ temporibus factam in eodem recenferi verbis sequenti-
 bus:

ויהוים יי לפני בני ישראל	Et conturbavit eos
ויכום מכה גדולה בגבעון	Dominus coram Israe-
וירדם דרך מעלה בית	litis, & percussit eos cla-
הרון עד מקדו ויגוסו בפני	de magna in Gibeon, &
ישראל: ויהי כנוסם וישלך	persecutus est eos in dia-
	adscensus Beth Horonis
	usque ad Makedam, &

fugerunt coram Israelitis. Et cum fugerent, projecit Dominus super eos lapides grandinis ex caelis, ut morerentur ex illis plures, quam quos percusserant Israelitæ. Et Israelitæ persecuti sunt eos, & percusserunt eos denuo in via, in qua eos persecuti sunt. Quumque percuterent eos, dies inclinavit ad vesperam, quare dixit Josua in oculis totius populi: Sol in Gibeon quiesce, & Luna in valle Ajalonis, usque dum ultra est gens de inimicis suis. Et exaudivit Dominus vocem Josue, & quiescit Sol in caelo & stetit triginta & sex horas; & pariter Luna stetit, neque festinavit occidere circum die integro. Neque fuit similis dies antea, vel postea, ut exaudiret Dominus vocem viri: nam Dominus pugnavit pro illis Israelitis.

י עליהם אבני ברד מן השמים
וימותו מהם רבים מאשר הכו
בני ישראל: ובני ישראל
ורפו אחריהם ויכים עוד
בדרך הלוח והכרת אותם:
ויהי בהכותם אותם והיום
נמר לערוב ויאמר יהושע
לעיני כר העם שמש בגבעון
דום וירח בעמק אילון עד
יקום גוי מאויביו: וישמע יהוה
בקור יהושע וירום השמש
בחצי השמים ויעמוד שלשים
וששה עתים וגם ירח עמד
ולא אץ לבג כיום תמים:
ולא היה כיום החורף
לפניו האחריו לשמוע יהוה בקור
איש כן לא נלקח להם
לישראל:

Quamvis editor hunc librum pro libro Recti alius velit obtrudere, multa tamen & fatis ardua obstant, quæ fraudem ejus detegunt. Ex libro ipso 1) apparet Autorem librum suum

faum ex Pentateucho, Jofua & Judicum libro conſcripſiſſe; cujus rei teſtimonium habemus evidens in fine *elle haddebarim*; ubi hæc legimus. Et docebat Moſes viam Domini & leges ejus: **הָאֵלֹהִים אֲשֶׁר נָתַן אֶל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּיַד מֹשֶׁה:**

Nonne hæc ſcripta ſunt in libro legis DEi, quam dedit Iſraelitis per Moſen. Sic pariter in fine hiftoriæ Jofuæ ab ipſo Autore additur: Nomina urbium, quas occuparunt Iſraelitæ

diebus Jofuæ **הֵם כְּתוּבִים עַל סֵפֶר דְּבַר יְהוֹשֻׁעַ אֲרֶכְנֵי יִשְׂרָאֵל וְעַל סֵפֶר מַלְחַמֹּתַי אֲשֶׁר כָּתַב מֹשֶׁה וַיְהוֹשֻׁעַ וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל:**

Ecce illa ſcripta ſunt in libro geſtorum Jofuæ apud Iſraelitas, & in libro bellorum Domini, quem ſcripſit Moſes, Jofua, & Iſraelitæ. 2) Scripſor libri exiſtimat, librum bellorum Domini ſcriptum eſſe a Moſe, Jofua & Iſraelitis, quod nobis non videtur, & alibi data occasione evidenter demonſtrari poterit. 3) Locum ex libro Recti, qui allegatur, 2. Sam. I, 18. in hoc libro fruſtra quæres. Hic enim liber hiftorias tantum Pentateuchi, Jofuæ & Judicum enarrat, & geſta Saulis atque Davidis plane intacta reliquit.

4) Liber hic nec ab ipſo Autore *Liber Recti* appellatus eſt, ſed verum ejus nomen exhibet titulus Autoris **זֶה סֵפֶר דָּוִד** *hic eſt liber generationum Adami*, quo nomine ex ipſa primi editoris confeſſione vulgo eſt appellatus. 5) Talmudicæ fabulæ, quas enarrationi immiſcet, & quarum ſpecimen in verbis allegatis ſupra invenis, eum poſt Talmudis collectionem vixiſſe teſtantur. Solem enim 36. horas ſteſiſſe, eſt R. Elieſeris traditio, in præcedenti Diſputatione de ſtatione ſolis p. 31. adducta 6) Niſi fallimur, ſtylus Autoris, qui ſatis hebræus, nec chaldaicis vocabulis eſt commixtus, oſtendit, quod ſeculo demum XIII. a Chriſto nato a Judæo Hiſpano lit conſcriptus; eo enim tempore Judæi puram hebream linguam in Hiſpania ſectabantur, quam hodie rarius invenies. 7) Fabuloſa ſunt, nec ullam fidem merentur, quæ editor de ſene in excidio Hieroſolym. hujus libri, cuſtode, & de ejus in Hiſpaniam & Sevillam transportatione, impudenter

ter fatis mentitur. 8) Et quod imprimis advertendum, carminis verba in libro Josuæ allegata hoc in libro non leguntur; sed traditio potius Elieferis ejus in locum est substituta, id, quod modo antea ostendimus.

§. XI.

Nec est, ut existimes, carmen huic libro Anonymo subjunctum, esse ἐπιμιμνηστικόν genuinum, quod Josua in Bethoron cecinit. Preces suas ad DEum fudisse Josuam, constat ex v. 12. Cū enim hostes in fugam coniecti & lapidibus grandinis prostrati essent, Josua precatus est, gratiasque egit; quæ preces procul dubio fuerunt prolixiores, quam hodie leguntur; in Josua; Viderur enim eum gratias DEO egisse, pro victoria impetrata, pro concessis viribus, pro tempestate hostibus immissa. Iisdem addidit votum, ut DEus prolongaret diem, ne imminens nox victoriæ finem imponeret, ac hostibus fugiendi occasionem daret. Ex his vero precibus exiguum nobis superest fragmentum, quia historicus tantum refert, Josuam dixisse in totius Israelis oculis;

Sol in Gibeon sta,

& luna in valle Ajalon.

Prolixiores easdem preces noster Autor exhibet; tam accurate imitatus Hebræorum carmina, ut, si phrasin respicias, fere nihil sit, quod cum biblico stylo non conveniat. Speciminis loco ejus initium apponamus:

רכבת עשירת אתה יהור
פעלת גדולת מו כמון
שפתי יזמרו לשמן
חסדי ומצודתי משגבי
שיר חדש אשריה לך בתורה
לך אזמרה אתה עז ישועתי

*Magna fecisti tu Domine,
Magna operatus es, quis tibi similis.
Labia mea canant nomini tuo.*

Misericordia mea, fortalitiuum meum, & locusa litus meus!

*Canticum novum canam tibi cum confessione,
Tibi psallam, quia tu es fortissima salus mea &c.*

Reliqua prætermittimus, quæ nimis proluxa forent, & adducamus tantum, quæ in eodem de miraculo nostro inventur:

יֵצֵאת לִישַׁע לָנוּ
נִאֲלֵת בְּזִרְוֹעַ אֵרֶךְ עֵמֶךְ
עֲנִיתָנוּ מִשְׁמֵי קִדְשְׁךָ
מִרְבֻּכּוֹתַי עִם הוֹשַׁעְתָּנוּ:
שֶׁמֶשׁ וַיִּרַח בְּזִכְרוֹ עֵמֶךְ
וַתַּעֲמֹד בְּאֶפְסֹךְ אֶל צוּרֵינוּ
וַתֵּצֵא עֲלֵינוּ מִשְׁפָּטֶיךָ:

Egressus es ad salvandum nos,

Redemisti brachio tuo populum tuum.

Respondisti nobis propter nomen tuum sanctum;

Amyriadibus populorum salvasti nos.

Sol & luna in habitaculo suo steterunt,

Tuque stabas in ira tua contra hostes nostros,

Et præcipiebas super eos judicia tua.

Hæc de Solis statione in carmine illo legimus; ex quibus cognoscimus clare, quod verum Jofua *testis* nullatenus exhibeant. In hoc enim Jofua dixit: *Sol in Gibeon stetit, & luna in valle Ajalon*, quæ in suppositio non leguntur carmine. Fortasse non fallimur, si dicamus Anonymum imitatum esse prophetam Habacukum, qui in carmine suo cap. III. II. ita dixit:

שֶׁמֶשׁ וַיִּרַח עֵמֶךְ זִכְרוֹךָ

Sol & Luna stetit in habitaculo suo.

Præterea miramur, quod Jofua ad DEum dicat, *משׁוֹבֵר al-
tus meus locus*: hæc quidem David a Saule aufugiens, & locos altos petens, dicere potuit, minime vero Jofua. Hoc certum, quod ante Davidem a nemine ea vox sit usurpata: plura ejusmodi addere possemus, prolixiores si esse velimus in

re evidenti. Si denique miraculi magnitudinem, & DEique benignitatem, quæ Josuæ victoriam promiserat, attenderit, absque dubio in vero & genuino Josuæ *in vultu*, plures de miraculo circumstantias expectabis, de quo nihil in hoc carmine legis.

§. XII.

Si antiquis temporibus Liber Recti notus fuisset Judæis, procul dubio, Talmudistæ mentionem ejus fecissent: contrarium autem cognoscitur ex cap. II. *Aboda Sara*, cujus versionem ex Clar. Edzardi editione p. m. 28. addemus: „ Quæ
 „ lis erat iste liber recti? Resp. R. Chija filius Abba refert
 „ nomine R. Jochananis, designari hoc nomine librum
 „ Abrahami, Isaaci & Jacobi, (*i. e. librum Geneseos, in*
 „ *quo exponuntur acta Abrahami, Isaaci & Jacobi,*) qui vo-
 „ cantur recti, sic scriptum est de istis Num. XXIII, 10. Mori-
 „ atur anima mea morte rectorum, (*Abrahami, Isaaci & Ja-*
 „ *cobi,*) & sit postremum meum, sicut illius. Sed ubi indicium
 „ hujus rei est in Genesi, (*quod Judæi olim sint futuri periti sa-*
 „ *gittarii?*) Resp. Gen. XLIX, 8. Jehuda, te laudabunt freres tui,
 „ manus tua erit in cervice hostium tuorum. R. Elieser dicit, per
 „ librum recti intelligi Deuteronomium. Quare autem (*in-*
 „ *quit,*) vocant librum hunc librum recti? Resp. Quia in eo
 „ scriptum exstat Deut. VI, 18. Facies rectum & bonum in ocu-
 „ lis Domini. Sed ubi intimatur, (*in Deuteronomio, quod Ju-*
 „ *dei sint olim futuri periti Sagittarii!*) Resp. Deut. XXXIII,
 „ 7. Manibus suis erit contendens pro se; R. Samuel filius
 „ Nachmani asserit, per librum recti designari librum Judi-
 „ cum. Quare autem illum vocant librum recti? Resp.
 „ Quia scriptum exstat Jud. XVII, 6. In diebus illis non erat
 „ Rex in Israel, quilibet id, quod rectum erat in oculis suis,
 „ faciebat. Sed ubi insinuat, (*in libro judicium, quod Judæi*
 „ *sint futuri olim periti sagittarii?*) Resp. In verbis Jud. III,
 „ 2. Ut cognoscerent generationes filiorum Israelis, ad do-
 „ cendum eos bellum. Ex his apertum, atque maxime cla-
 „ rum est, Talmudistas nihil de libro Recti anononimo sci-
 „ visse,

viffe, sed eundem potius in ipso sacro quæsviffe codice. Quod quidem placeret, si modo adducta verba, vel in Gene-
si, vel Deuteronomio, vel libro Judicum legerentur. De li-
bro Geneleos intellexerunt quoque Rabbaniſtæ in vetuſto
Commentario Breſch. R. fol. 8, col. 4.

Quis est liber Recti ? R. Liber Abrahami, Isaaci & Jacobi. Cur vero appellatur liber Recti ? quia [Num. XXIII, 10.] legitur: moriatur anima mea morte rectorum. R. Hilpeta probare voluit ex illo Gen. III, 18. (ad dominandum die atque noctu, quia justii dominantur stellis.) R. Chanin nomine R. Samuel probare voluit ex fine libri (Gen. XLVIII, 19.) Sed frater ejus minor natu (Ephraim) crescet magis, quam ipse Manasse. Et fortasse ita est: Josua enim descendit ab illo (Ephraim) hic vero jussit subsistere motum solis & Lune, que sidera dominantur ab initio mundi ad finem ejus. R. Chanin nomine R. Schmu-el filii R. Ficzhak adduxit rationem ex libro legis (Deut. XXXIV, 7.) primo genito bovi ejus erit gloria. Et fortassis ita

מאי ספר הישר ספר
אברהם יצחק ויעקב ואמאי
קרי ליה ספר הישר; וכתב
תורת נבשי מרת ישירם
ל חלפת מיתו ליה מן
הכא ולמשה ביום ובלילה
ל חנין בשם רשמואר
מיותי ליה מסיפא רספרי
ואולם אחיו הקטן יגור
ממנו) ואפשר בן אליה זה
יהושע שהיה עומד ממנו
שהוא מעמיד גלגל המרה
ולכנה שהן שולטין מסוף
העולם ועד סופו: ר' חנין
בשם רשמואר בר רב יצחק
מיתו לה מסיפא ואירת
כבוד שורה הוד ליה אפשר
בן אליה זה יהושע: שהיה
שמר

עִימָד מִמֶּנּוּ שְׁחֵרָה מַעֲמִיד
 גִּלְגָּל חֲמָה וְלִבְנָה : שֶׁחַ
 שׁוֹלְטִין מִסּוּף הָעוֹלָם
 יַעֲרֵךְ סוּפֵי : דָּא ר' שְׁמַעֲקֵן בֶּן
 יוֹחָאי סֵפֶר מִשְׁנֵה תוֹרָה הִיא
 סוּגְיָן לַיהוֹשֻׁעַ : בְּשַׁעַה שְׁנַגְלָה
 עָלָיו הַקִּבְלָה מִצָּאֵר יוֹשֵׁב וְסֵפֶר
 מִשְׁנֵי תוֹר' בִּירוֹ : אָמַר לוֹ הַזֶּקֶן
 יְהוֹשֻׁעַ אִמְץ יְהוֹשֻׁעַ לֵי יְמוֹשׁ
 סֵפֶר הַתּוֹרָה הַזֶּה וְגַל' נִטְלוּ
 וְהִרְאָה אֹתוֹ לְגִלְגָּל חֲמָה :
 אָמַר לוֹ כִּשֵׁם שְׁלֵי רֹמְמַתַּי
 מִזֶּה : אֵף אֵתָה דוּם מִלְּפָנַי :
 מִדּוּם וִירוּם הַשֶּׁמֶשׁ וַיִּרַח עִמָּד
quiesces coram me, quo facto statim stetit Sol & Luna.

est: Josua enim descendit ab Ephraim, & subsistere jussit cursum Solis & Luæ, quæ sidera dominantur a principio mundi ad finem ejus. Aliter sentit R. Simeon filius Jochai, qui existimat, legem descriptam Josue fuisse hujus miraculi signum. Cum enim (Deus) ipsi appareret, sedebat Josua, librumque legis descriptum in manu tenebat. Dixitque ipsi (Deus) bono & forti esto animo Josua! non recedat liber legis a te. Accepit Josua librum legis & monstravit illum spheræ Solis, dicens, quamvis non sim excellentior illo (Mose), attamen tu

Sed supra jam dictum, quod in Genesi allegata verba non legantur; quare nec Genesis liber Recti esse potest. Nec conveniens est denominationis ratio, Genesin esse librum Recti, quia rectorum Abrahami Isaaci & Jacobi vita in eo describitur: Sic certe *Liber Rectorum* esset appellandus, non *liber Recti istius*. Sic nec liber Deuteronomii erit liber Recti, quamvis enim Ephraimi posteris gloria sit promissa, ea tamen æque omnibus posteris competit, nec foli Josue tribuenda. Omnia hæc sunt maxime coacta, & eum in finem ficta, ut traditionem a majoribus acceptam defendant. Quia Jonathan Chaldæus interpres tam Jos. X, quam 2. Sam. I. per li-

librum recti intellexit *librum legis*; inde mirum non est plerosque eandem esse secutos sententiam. Nec recentiores Rabbini a majorum placitis recedunt; plerumque enim aliquam Talmudis sententiam amplectuntur. Rasche ad Josuam *librum Geneseos*, Kimchius *librum legis*, Ralbag, itemdem *librum Geneseos* pro libro Recti habent. R. Abarbanel ad X. cap. Josuæ sol. 23. b. existimat, quod verba: *Nonne hoc scriptum est in libro recti*, referantur ad vindictam, præcedentibus verbis descriptam, hoc sensu: ecce illa vindicta scripta est in libro recti. Audiamus eum:

Existimo, quod respiciat ad vindictam. Dixerat enim, quod Israel ipse se ultus sit ab inimicis suis. Deinde dicit: illa vindicta, quæ fieri debuit per manus ipsorum, & ope miraculi cælestis, prædicta est a Mose in libro Legis, qui est liber recti. Cum enim spiritu prophetico & merito suo eam prædixisset, addidit illi hoc miraculum, uti dixi. Hoc factum est cap. XXXIII. Deut. v. 26. Non est Deus sicut Deus Jeshurun, qui peregrinat cælum cum auxilio tuo, & cum magnificentia sua æthera, habitaculum DEI æterni, & sub brachiis æternitatis; Ut expellat coram te hostem, & dicat, disperde, ut inhabitaret Israel secure solus,

ואחשוב אני שיחזור לנקמה
 שזכר שישארא בעצמנו יקום
 מאויביו ואמר שאותה נקמה
 היותה נעשית ער ידם
 ובכת אותנו הנס השמימי
 הנה משה רבינו בספר התורה.
 שהוא ספר הישר יעד עליה
 כי ראה איתה בנבואתו וזכרתו
 אם כן סייע לזה הנס כמו
 שזכרתי ויחיה זה בפרשת
 האת הבלכה כאמרו אין
 כאר ישורון רוכב שמים
 שחקים מעינה אלהי קדם
 וגי ויגר ש מפניך אויב ויאמר
 השמד וישכן ישראל בטח
 יגי

וגוי אשרוף ישראל מי כמוך
 עם נושע בהי פגן עזרך
 ואשר הרב גאותך ויכחשו
 אויביך לה ואחה על כמותימו
 תדרך ירצה שהאל יחברי רוכב
 השמים בעזר ישראל ואין
 זה כי אם בהנחיגו אותם לכול
 אשר יחפוץ ובהעמירו השמש
 והירח בעבורם ושהיה זה כרי
 שישראל יקחו הנקמה ביריהם

וגוי

hoc fiat eum in finem, ut Israelitæ sese ulciscantur manibus suis.

Huc usque Abarbanel. Speciem habent, quæ de vindicta Israelitarum in Libro legis prædicta prolixè edisserit Abarbanel; sed difficultas, quæ alias premit sententias, hoc modo non est sublata. Quoties enim phrasæ illæ occurrunt: *nonne hoc scriptum est?* vel *nonne hæc scripta sunt*, toties sequitur oratio allegata. II. Sam. I. res est clarissima; sequitur enim lamentum a Davide recitatum, & a Scriptore sacro allegatum. Nec dubium supererit lectori, si Josuæ verba accurate inspiciat; præcedit enim allegandi formula, & sequuntur verba allegata: *Nonne hoc scriptum est in libro Re-*

& stabat Sol in celo

& non festinavit occidere circiter die integro.

Si vera esset Abarbanelis sententia, post allegandi formulam, sequi deberent verba Mosis, quod non factum. Si Mosis verba Scriptor respexisset, cur ejus nomen, toties in hoc libro

libro adductam, omisit. Oratio itaque allegata evidenter docet; quod allegandi formula Mosis verba non respiciat.

§. XIII.

Missis Judæorum sententiis Græcos adimus, quorum mentem de libro Recti si accuratius inquiramus, eosdem *vix intellexisse*, qualis sit liber Recti, cognoscemus Antiquissima LXX. fenes verba Josuæ: *Nonne hoc scriptum est in libro Recti*, plane omiserunt; non enim nisi cum asterisco in Græcis versionibus leguntur, vid. *Grabii Jesum Nave* Cap. X. 13. Et *Montfauconii Hexapla* Tom. 1. p. 210. 2. Sam. I, 18. liber Recti allegatur his verbis: *ἰδὲ γέγραπται ἐν βιβλίῳ τῷ ἐυθεῖς*, *ecce scriptum est in libro Recti!* Ex qua versione nihil haurimus, quod lucem affundat. Theodoretus *ad Jesum Nave quæst.* 14. legit in codice Græco τὸ βιβλίον τὸ ἐυθεῖς *liber inventus*, & in II. Reg. quæst. 4. βιβλίον τὸ ἐυθεῖς *liber rectus*; fortasse prior lectio ex posteriori est corrigenda, quod iis relinquimus, quibus codicum MSS. inspectio est data. Antequam plura de Theodoreti sententia proferamus, liceat præmittere, quæ Josephus de hoc libro Recti quibusdam dixisse visus est. Leguntur illa *Antiquit. L. V. Cap. II. p. m. 139. & 140. Crevisse autem eum diem ultra consue-* tum, *δηλῆται διὰ τῶν ἀνακειμένων ἐν τῷ ἱερῷ γραμμάτων*, *exiat relatum in sacra Volumina, quæ in templo sunt asservata.* Quæ verba de Annalibus Masius ad h. l. Josuæ intellexit; sed nobis videtur, quod potius de codice facto sint capienda, inducti verbis ejusdem Josephi L. I. contra Apionem p. m. 1036. scriptis, quibus declarat, quos sacros conservaverint libros Judæi. *ἡ μυριάδες βιβλίων εἰσι παρ' ἡμῶν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων. δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἰκοσι εἰσὶ βιβλία, τῶ πάντος ἔχοντα χροῖον τὴν ἀναγεφὴν τὰ δικαίως πεπιστευμένα*: *infiniti libri non sunt apud nos discordantes, & sibi met repugnantes; sed solummodo duo & viginti libri habentes temporis totius conscriptionem, quorum juste fides admittitur.* Si vero Israelitæ nullos habuerunt libros sacros præterquam viginti duos, (de qua

partitione videatur Sixtus Senensis in Biblioth. S. L. I. p. m. 5.)
 apparere existimamus, libros sacros in templo asservatos,
 eosdem viginti duos fuisse, quorum iuste fides admittitur.
 Recedimus itaque merito a doctissimo Masio, qui libros il-
 los in templo asservatos, pro Annalibus habet, a Regum scri-
 bis vel Prophetis conscriptis. Josephus sæpe alios, si novisset
 libros in templo asservatos, eorum contra Apionem mentio-
 nem fecisset, eo quod ibi ex constituto librorum sacrorum
 numerum enarravit. Mens igitur Josephi absque dubio fuit
 in priori loco, stationem folis, rem quippe stupendam in sa-
 cris literis relatam legi, in libro nempe Josuæ; libri ve-
 ro Recti nullam plane fecit mentionem. Ad Theodoretii
 sententiam datis expromissis progredimur, ex qua intelli-
 gimus, eum existimasse, librum Recti antiquum fuisse commenta-
 rium, ex quo liber Josuæ sit conscriptus. Non piget ver-
 ba adducere, quibus alii sacrorum Annalium systema super-
 struunt. Leguntur illa in *Comment. in Jesum Nave quæst.*
XIV. p. m. 202. Ερωτ. ιδ'. Τι ἐστὶ τὸ, ἔχει τὰ το γέγραπται ἐπὶ τὸ
 βιβλίον τὸ εὐρεθὲν; Διδάξας ἡμᾶς ὁ συγγραφεὺς τὴ προφήτη
 τὴν δύναμιν, ὅτι λόγῳ μόνῳ χρησάμεν ὁ προφηταί, τὴς μεγάλης φω-
 σῆρας κακώλυεν, ἕως κατὰ κράτῳ ἐνίκησεν, ὑπειδό-
 μεν ὁ μὴ τις ἀπιστήσῃ τῷ λόγῳ, ἔφη τὰτο ἐν τῷ παλαιῷ εὐρεθῆ-
 ναι συγγράμματι, ἄλλον τοῖνον κἀντεῦθεν, ὡς ἄλλός τις τῶν με-
 ταχρυσέων τὴν βίβλου ταύτην συνέγραψε, λάβων ἐξ ἐτέρας βίβλων
 τὰς ἀφορμας. h. e. *Inter. XIV. Quid sibi vult? Nonne hoc*
scriptum est in libro, qui inventus est? Cum docuisset nos Au-
tor prophetae virtutem, nempe quod solo verbo progressum lumi-
narium magnorum cohibuisset, donec omnino vicisset; suscipa-
tus, ne quis verbis non adhiberet fidem, dixit, hoc inventum in anti-
quo Commentario. Quare constat ex hoc loco, posteriorum
quempiam alium hunc librum conscripsisse ex alio libro capta
occasione. Huc quoque spectant, quæ II. Reg. quæst. 4. p. m. 264.
adducuntur: Ποῖον ἐστὶ τὸ βιβλίον τὸ εὐρεθὲς, ἄλλον ἐστὶ κἀντεῦθεν ὡς ἐκ
πολλῶν προφητικῶν βιβλίων ἢ τῶν βασιλείων ἰστορία συνέγραψεν. εἰπὼν

γὰρ ὁ συγγραφεὺς τὰ περὶ τῶν θεῶν, προσέθηκεν, ἰδὲ γέγραπται ἐν
 τῷ βιβλίῳ τῷ εὐθῆς. h. e. *Quisnam sit liber rectus? Hinc est perspicuum,
 quod liber Regnorum sit conscriptus ex multis libris Prophetis.*
*Nam cum dixisset Scriptor de luctu, subjunxit; Ecce scripta sunt
 in libro recto.* Vidit Theodoretus, allegari libros in codice sa-
 cro, & inquisivit, qua ratione illud sit factum. Tandem in
 eam incidit sententiam, fuisse olim libros, a Prophetis scri-
 ptos, in quibus res continerentur istorum temporibus gestæ,
 unde alii denique nostros libros biblicos composuerint. Hanc
 sententiam fufius exposuit in præfat. in Libr. I. Re-
 gnor. p. m. 230. Uti vero Theodoretus rationem excogita-
 vit, quæ librorum allegationes ostenderet; sic aliis libertas
 concessa est, istas allegationes alio probabili modo explican-
 di. Tantum abest, ut Theodoreti sententiæ, nullo antiqui-
 tatis documento probatæ plus tribuamus, quam aliis probabi-
 libus sententiis. Nostri scopi ratio non permittet, ut omnes
 libros in codice allegatos jam percurramus, & allegationum
 rationes monstremus: Sufficit ostendere, nostrum librum Recti
 non esse ejusmodi annales, ex quibus Josuæ & Regum historia
 sit collecta. Hoc, ut appareat, perpendendum est, 1) librum Re-
 cti in Josua tantum esse allegatum, ad probandum stantis solis
 miraculum: Reliquas vero res a Josua gestas in libro Recti de-
 scriptas fuisse nullibi dicitur, nec ulla ratione probatur. Eodem
 modo in 2. Samuelis libro tantum dicitur lamentum Davidis in
 Saulis obitum compositum, scriptum esse in libro Recti; alias
 vero res in eodem enarratas, ex eodem esse depromptas, nulla
 probabilitatis umbra asseritur. Quare persuasi sumus, Theodo-
 retum nimis festinanter judicasse, ex libro Recti res esse colle-
 ctas a Josua & Regibus gestas. 2) Non cognovit Theo-
 doretus, librum Recti esse carmen, quod tamen ex inspe-
 ctione utriusque loci clarissime patet, & plures hætenus ob-
 servarunt. Multo minus cognovit, libros Recti fuisse epi-
 cedia, antiquis moribus in obitum heroum composita, quod
 uti ex 2. Sam. libro sole meridiano clarius elucet, sic in libro

Josuae nullatenus est in dubium revocandum. Ex ejusmodi autem epicediis libros Josuae & Regum esse collectos, nemini persuadebitur.

§. XIV.

A Græcis ad Latinos si procedamus, Hieronymi sententia inquirenda est. Hic in *Comment. ad Jof. cap. XLIII. v. 22.* occasione vocis Israel sequentiâ de libro Recti scripsit: *Alio nomine Israelem vocat, Isurun enim verbum Hebraicum, ceteri ἰσραήλ, sive ἰσραή i. e. rectissimum, & rectum interpretati sunt: Soli LXX. dilectissimum, jungentes de suo, Israel. Proprie enim juxta Hebræos & literarum fidem, Israel rectus DEi dicitur; Vir autem videns DEum, non in elementis, sed in sono vocis est. Unde & liber Geneleos appellatur ἰσραήλ id est, justorum, Abraham, Isaac & Israel. Nec dissentit in Comment. in Ezech. cap. XVIII. Et si Balaam vanum populum sonat, perspicuum est, quod vanus prius gentium populus desideret habere consortium, cum animabus justorum Abraham, Isaac & Jacob, qui ἰσραήλ, i. e. recti & justi nuncupantur, unde & Geneleos liber ex eorum vocabulo nomen accepit. Ex his verbis patet, nostrum librum Recti Hieronymo Genesin fuisse. Si vero evolveris, quæ supra §. 12. ex *Avoda Sara & Breschith Rabba* adduximus, videbis, Talmudistas eandem fovisse sententiam. Existimamus ergo haud absque ratione, Hieronymum Præceptori suo Judæo auctulasse, nec ex proprio judicio semper scripsisse. Uti vero ex rationibus supra adductis Genesis non potest esse liber Recti; sic nec Hieronymi judicium est ferendum. Nec est, quod existimes, eundem sententiam suam mutasse; quia in *Quest. s. Tradit. Ebr. in Libr. Reg. T. IV. f. 108, col. 2.* hæc profert verba: *Liber justorum liber Samuelis est, ubi continentur Prophetæ justi, Samuel videlicet, Gad & Nathan: in quorum libro scriptum esse perhibetur, qualiter Saul recedens a timore Domini per inobedientiam suam periit.* Hunc enim tractatum merito ab Erasmo & Benedictinis Hieronymo abjudica-*

ri, & cuidam Hebraicæ & Græcæ linguæ ignaro tribui jam fatis est. notum.

§. XV.

Sixtus Senensis in Bibl. S. Lib. II. p. m. 99. reliquas maxima ex parte de libro Recti collegit sententias, quas breviter perlustrabimus. *Quidam existimant, inquit, hunc esse librum sempternæ prædestinationis, in quo scripti sunt omnes justî, quos DEus in æterna præscientia prænovit esse salvandos. Testante id Psalmo LXVIII, 29. in quo legitur: Deleantur de libro justorum, & cum justis non scribantur.* Sed quomodo Scriptor Libri Josuæ illum librum inspexerit, & ex eodem quædam de statione Solis, & alius epicedium Davidis allegaverit, nos non capimus. Hanc sententiam ex meditatione, non vero ex Scripturæ collatione profluxisse, autumamus. Si enim verba Ps. LXVIII, 29. inspexeris, hæc leges: *Deleantur ex libro viventium, & cum justis non scribantur.* Nulla ibi justî libri mentio, sed confunditur *Liber viventium*, quem solius DEi oculi omniscii intuentur, cum *libro justorum*, & hic cum *libro justî*. Porro idem Senensis ex quorundam Hebræorum sententia refert, *existimasse quosdam librum Recti esse Librum duodecim Prophetarum, quia verba citata in Libro Josuæ scripta sunt in oratione Habacuk Cap. III, 11. hunc in modum: Sol & Luna steterunt in habitaculo suo: quam sententiam ipse refutat, quod Liber XII. Prophetarum scriptus sit post tempora Josuæ, fere annis mille.* Hoc tantum addimus, quod bene fecisset Sixtus, si Hebræos illos nominasset, qui hanc sententiam defendunt. Non enim succurrit, quos ipse intellexerit Hebræos, qui librum XII. Prophetarum pro libro Recti habeant.

§. XVI.

Ab antiquiorum sententiis ad recentiores progredimur, quos inter quibusdam illa placuit, quæ *Theodoretum, Masium, & Richardum Simonium* autorem & approbatores habet. *Masius in Commentar. ad b. I. Ego, inquit, eam habeo opinio-*

pinionem, ut credam, priscis illis temporibus, quæcunque in Ecclesia DEi agebantur, digna apud posteros memoria, ea eruditos, & ab ingenio atque arte scribendi paratissimos viros in Annales retulisse. Inter illos igitur annales fuisse unos, qui Sepher Jafchar Liber Recti, ideo vocabantur, quod optima fide atque serie res apud DEi cætum gestas perstringerent, aut, quia Israelitici populi facta continerent, quem populum Jeschurun tum Moses (Deut. XXXII, 15.) tum Esaias (cap. XLIV, 2.) vocarunt. Cujus vestigia premit Richard. Simon. in *Critique du Vieux Testament Lib. I. Ch. I. p. m. 3.* Sed, quæ Theodoro supra §. 13. opposuimus, eadem ejus defensoribus obstant. Præterea addimus, etymologiam, quam Mafius de Libro Recti excogitavit, nobis non videri verisimilem. Duplicem quidem profert, sed utramque ambiguum, ipsique Autori incertam. Prima est, quod Liber Recti ab optima fide & concinno ordine, quo scriptus est, appellationem sit fortitus. De Libro vero ordine & bona fide scripto, nullibi in Scriptura S. ו Jafchar usurpatur. Altera quoque appellationis ratio, quam Mafius attulit, eo quod prior sibi metipso non satisfaciebat, jamdudum eruditis displicuit. Librum enim Recti Jafchar appellari, quia Jeschurun h. e. Israelitarum res gestas describit, vel ideo non consistit, quod inter utramque vocem maxima sit differentia. Neque ista appellatio lamento Davidis competit: cur quæso Israelis liber vocetur lamentum, quod a Davide compositum, & in obitum Saulis & Jonathannis est recitatum. Præterea Bonfrerius contra Mafium urget, quod annales ejusmodi metrico olim versu non sint conscripti, quod vel ex Paral. apparet. Miramur modo doctissimum Simonium, qui ficulneis rationibus morus, assensum Mafio præbuit, quod fortasse factum non esset, nisi sententiæ, quam suscepit propugnare, faveret. Scopi nostri ratio non permittit, ut fuse de Annalibus illis agamus; quibus vero illi placent, perpendant, velim, quæ P. Honoré de Sainte Marie in *Reflexions sur les Regles de la Critique* modeste satis Simoni oppo-

opposuit Tom. I. Differt. III. p. 268. nec non, quæ P. de Lau-
brussel *Traité des Abus de la Critique en matiere de Religion*
Tom. I. p. 228. de iisdem majori libertate scripsit. Reliquas
recentiorum sententias collecturi, deprehendimus magnum
eorum numerum, qui librum Recti pro carmine habuerunt.
Bonfrerium, quem supra adduximus, præterimus. Sanctius
in *Comment. ad 2. Reg. I. p. 538.* existimat quidem, *justorum li-
brum comprehendisse leges, ordinem, directorium, ritus & cere-
monias, quæ in quolibet officio docerent, quid fieri legitime, &
quo ordine & modo debeat*; mox tamen mutata sententia sub-
jicit: *Fortasse, fuit apud Hebræos liber, in quo pia describebantur
carmina, quæ varie pro temporum occasionibus canerentur, in
quem collati fuerunt Psalmi e variis compositi, & ad divinas
laudes accommodati, ex quibus concinnatum est Psalterium, quod
& habuerunt olim Hebræi, & nunc etiam habet Ecclesia in ma-
gna religione.* Placet quidem, quæ de carminibus dixit, sed,
quomodo reliqua de Psalterio probet, minus apparet. Gro-
tius poema *ισωκισου* defendit, in quo Israel contracte *Jaschar* sit
dictus, quæsi ceteris gentibus æquitate præstans. Masium ve-
ro secutus est in iis, quæ de *Jaschar* pro Israele dixit; sed
differentiam rursus urgemus, quam in nomine utroque ob-
servamus. Epicedium Davidis in Libro Recti scriptum fuisse,
ex 2. Sam. I. constat, quare nec de altero, cujus apud Jo-
suam fit mentio, dubitamus. Calculum suum addit B. Calo-
vius in *Bibl. illustr. ad h. I. Rectius sese habet*, inquit, *illa sen-
tentia de libro metrico, quo res gestæ heroum & virorum de-
cantatæ, e quo etiam planctus Davidis desumpti sunt.* Doctis-
simus du Pin in *Proleg. sur la Bible Lib. I. Ch. I. p. m. 22.* *Il n'est
pas certain*, inquit, *qui ce fut un livre d'histoire, au contraire
il y a plus d'apparence, qui c'etoient des Cantiques.*
Nec dissentit Cl. Clericus ad Josuam. *Verum, quicquid est, in-
quit, crediderim, librum Recti fuisse collectionem hymnorum, aut
carminum de rebus gestis Hebræorum, forte non uno tempore fa-
ctam; in qua fuerit carmen de hac Iosue victoria sive equalis
Iosue*

Iosue temporibus, sive posterioris poetæ fuerit, tum etiam carmen Davidis. Omnes adducti interpretes in eo conveniunt, librum Recti fuisse carmen, de quo nos Samuelis liber dubitare non finit. Si vero observamus accuratius, quæ ex supra dictis probe patere queunt, librum Recti denotare enarrationem vel panegyricum de aliquo recto in funere recitatum, necesse non est, ut unum librum supponamus, in quo Iosue & Davidis laudes sunt celebratæ. Existimamus potius sufficientibus rationibus ducti, alium Iosue & alium Saulis fuisse librum, prout olim in cuiusvis herois obitum epicedium est conscriptum. Nec dubitamus olim plures fuisse rectorum libros vel epicedia, quæ omnia perierunt, exceptis exiguis fragmentis in duobus Codicis Hebræi locis conservatis. Sed perierunt eadem absque ullò Canonis sacri detrimento, in quem nunquam fuerunt recepta. Tandem & illud observandum, quod fragmenta de libris Rectorum duo, evidenter doceant, Iosue historiam ut & 2. Sam. librum ea ætate esse scriptum, qua epicedia Iosue & Saulis profiterentur, ea vero Esdræ ætatem tulisse merito dubitatur.

F I N I S.



BM Abicht
520 Disputatio de libro
.J4A2 recti...

345517

BM
520
.J4A2

345517

SWIFT LIBRARY

